

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || ORDINIS MINORVM, ||
THEOLOGORVM OMNIVM || EMINENTISSIMI, || Atque
Academiae subtilium Antesignani, || Quæstiones Quarti ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DIST. XXIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150224

A minister. Simulas, & intentio
exposita sunt satis supra in ma-
teria de baptismo. ¶ Forma
autem hac sextuplex. ad 7. vn-
ctiones principales est, Per istā
sanctam vñctionem, & suam
piissimam misericordiam, par-
ca tibi dominus quicquid na-
rium, lingua, tactus, vel huius-
modi vitio deliquisti. Ista ra-
tio posita completa est, quia cō-
tinet susceptivum, quia homi-
nem penitentem infirmum, &
hoc in partibus determinatis
prius expressa, & materiam re-
motam, scilicet oleum consecra-
tum ab episcopo, vel proximam
ipsam vñctionem factam cum
oleo, & hoc septenariam princi-
palem, & duodenariam compu-
tando omnes partiales. Conti-
net etiam formam, quia certa
verba. septem orationes, a sacer-
dote, cum 7. vñctionibus princi-
palibus proferendas. Continet
etiam ministrum, quia sacerdo-
tem. Et hoc colligitur vt di-
ctum est Iaco. 5. Vngentes oleo
sancto &c.

AD PRIMVM dicitur
hoc sacramentum fuisse institu-
tum a Christo, vt supra paruit
distinc. & q. prae dictis. Iacobus
autem non erat nisi promulga-
tor suae praeco huius sacramen-
ti a Christo instituti. ¶ Ad secū-
dum dico, quod est vnum sacra-
mentum vnitatem integritatis, sed
non vnitatem indiuisibilitatis, si-
cut effectus eius non est vnus
indiuisibiliter, quia non remis-
sio vnus venialis, sed vnus vnita-
te plenarie remissionis omnium
venialium, vt omnibus remissis
nihil remaneat retardans a per-
ceptione beatitudinis, quam no-
bis concedat &c.

NVNC AD CONSIDERATIONEM SA-
CRÆ &c.

DIST. XXIII.

QVÆSTIO VNICA.

Utrum in ecclesia sint septem ordines
eo modo, quo ordo, vel ordinatio
ponitur sacramentum.



IRCA istam vige-
gesimam quartam
distinctionē. qua-
ro vnam quaestio-
nem tñ. ¶ Utrum
in ecclesia sint septem ordines,
eo modo quo ordo, vel ordinatio
ponitur sacramentum? qd
non, quia tunc in ecclesia essent
tredecim sacramenta, quia prae-
ter sacramentum ordinis sunt
alia sex. ¶ Præterea, quilibet or-
do habet characterem sibi pro-
priū. ergo illis septē correspon-
derent septē characteres. conse-
quens est falsum, quia aut illi es-
sent eiussdē spēs, qd est falsum,
quia plura accidentia eiussdē spēs
non possunt esse simul & semel
in eodem subiecto, ex 5. Me. Aut
alterius speciei. & hoc vñ incon-
ueniens, quia in speciebus est
essentialis nobilitas maior & mi-
nor. non sic videretur assignari
posse essentialis excellentia in
istis characteribus.

¶ Præterea in primitiua ec-
clesia tantum videntur fuisse
duo ordines. scilicet sacerdotiū, & dia-
conatus. siquidem in actibus
apostolorum non legimus alios
fuisse ordines tunc in ecclesia.
ergo nec nūc sunt, quia ecclesia
post ipsos apostolorum nullū ordi-
nē superaddidit, quia in isto sacra-
mento, sicut & in alijs oportet in-
scō. sup. Sen. 4. M m uo.

Tex. non
habita cū.

¶ Auenire institutionē eius a Christo. ¶ Præterea Dionys. 5. ecclesiastica hierarchia ponit tantū tres ordines, scilicet episcopatū, sacerdotiū, & diaconatū. ¶ Præterea Isidorus etimolog. lib. 7. cap. 12. ponit episcopatum esse ordinem, sed nullus est iutorum septem, ergo sunt plures. ¶ Idem de episcopatu habetur in canone dist. 21. c. clerici. ¶ Præterea, prima tonsura videtur sacramentum, & quia signum sacra rei, & quia habentes istam tonsuram gaudent privilegio clericali, quod videtur propriū ordinatis. ¶ Oppositum magister in litera.

CIRCA QVÆSTIONEM hanc sunt quatuor videnda. ¶ Primo, quid sit ordo & quomodo loquimur de ordine. ¶ Secundo, quot sunt ordines in ecclesia.

S. Be. art. 2. prima pars ¶ Tercio, si ordo est sacramentum. ¶ Quarto, quomodo sunt vnum.

fontis dist. 2. DE PRIMO dicitur, quod sacramentum ordinis est potestas spiritualis ad aliquem actum spiritualem exequendum in ecclesiastica hierarchia, & per consequens secundum ordinem diversitatis ad tales actus in ecclesia essent ordines distinguendi.

Idem bo. in 2. parte huius dist. art. 2. q. 3. ¶ Contra, ex ista descriptione sequitur quod episcopatus sit ordo, quod est contra eos, patet enim quod episcopatus est potestas ad aliquem actum in ecclesia, ut potest ad actum confirmandi, & conferendi ordines sacros, & non tantum potestas congrue exercendi, sed simpliciter exercendi, quia non episcopus, si attenter istos actus, ut videtur, nihil facit. ¶ Secundo sequitur, quod sub ordine sacerdotali non sit aliquis ordo in ecclesia. quod est contra omnes. probatio consequentia;

nam potestatem spirituale loquendo de potestate spirituali simpliciter, non habet diaconus, vel subdiaconus, quia & si aliquid congrue possit facere, quod non faceret congrue laycus, tamen si laycus antea ret illud facere, simpliciter faceret. ¶ Tercio sequitur, quod sacerdotii sunt duo ordines, quia sacerdoti competunt duplex potestas spiritualis. scilicet conficiendi eucharistia, & absolvendi penitentem, quod non sunt una potestas, quia una videtur prior fuisse altera, cum in cena contulit Deus primam, secundam autem nonnulli post resurrectionem. Ioan. 20. ¶ Intelligendum ergo, quod vno modo accipitur ordo, sicut eum describit Aug. 19. de ciuit. Dei. c. 13. quod * ordo est rerum parium, dispariumque; unicuique sua loca tribuens congrua dispositio. Iste modo accipimus contra ordinem cum dicimus entium in vniuerso esse ordinem, & ita loquitur Aristot. 12. Meta. omnia ordinata sunt aliquantulum, & declarat quomodo. Hoc modo etiam accipitur ordo in politijs bene dispositis, ubi personarum parium, & imparium in illa politia congrua dispositio dicitur esse ordo illius politie a quo ipsa dicitur esse ordinata. Sed alio modo gradus præeminens in tali politia dicitur ordo, & sic persona in gradu præeminenti dicitur habere ordinem, sicut dicitur habere gradum quasi anthonomatice. quia qui sunt in gradu inferiori, non dicuntur sic habere gradum. Hoc modo in ecclesia, quæ est politia ordinata, congrue est ordo secundum istam duplicem acceptionem. Nam secundum primam, tota ecclesia est ordinata illa congrua dispositione parium & imparium

vari.

A n i u s e u u q ; in suo loco. ¶ Secūdo modo persona habens gradum eminentem in ecclesia, dī habere ordinē, & licet hæc duo signata ponant se mutuo, quia ubi est ordo primo modo in potestate, ibi est gradus eminens, & ita ordo secundo modo, tū hoc signum & illud non sunt idem, ut satis patet. Sicut ergo loquimur de ordine hic, accipitur, p secundo significato, non pro primo. ¶ Vltimus gradus eminens in ecclesia dicitur in ordine ad actū ecclesiasticū eminentē, nō sic quidē q gradus sit pās exequendi actū illum, ut dixit prior opinio improbat, sed q gradus sic disponens de congruo, vel simpliciter ad exequendū, vel debite illum actū, ut sic possit ordo, ut hic loquimur de ordine, dici gradus præeminens in ecclesia disponens ad actum aliquem ecclesiasticum eminentem. Et quia specialiter actus eminentes in ecclesia sunt actus respicientes sacramenta, ideo potest specialius dici, q est gradus disponens ad aliquem actū sacramentalem. ¶ Ex hac ratione, quasi generali posset inquiri specialior ratio ordinis, ut hic loquimur de ordine, sed in hoc est quadam controuersia. Qui enim ponunt sacerdotium esse simpliciter supremum ordinem, negando episcopatū esse ordinem, ex quo sacerdotiū est gradus disponēs ad eucharistiā conferendam, tāquam ad actū excellentiorem conuenientem illi gradui, & ratio omnium ordinum inferiorum vel graduū debet accipi in ordine eorum, ad istum primum diceretur, q esset cōgrua descriptio ordinis, q est gradus eminens in eccle-

sia disponens de congruo ad actum aliquem ad consecrationem, vel dispensationem eucharistie pertinentem. ¶ Alij dicentes episcopatum esse ordinē, q a sibi cōpetit aliquis gradus in ecclesia, qui non competit sacerdoti, non restringunt rationem ordinis, quia disponat ad actū eminentem pertinentem ad eucharistiā, sed in genere, q sit gradus eminens in ecclesia disponens ad actum aliquē sacramentalem exequendum. Et isto modo potestas, quam addit episcopatus supra sacerdotium, respicit aliquem actum sacramentalem. uidelicet confirmare, & ordines conferre, qui actus sunt proprii episcopo.

D E S E C V N D O articulo innitentes dictis Dionysij, & Isidori allegatis ad primam partē, & canonista dicunt episcopatū esse proprie ordinem, ad quod videtur esse ratio, cum episcopo conueniat quadam potestas specialis in quantum episcopus, aut illa erit ordinis, & tunc propositum, aut iurisdictionis, & tunc posset auferri per superiorem, quod videtur inconueniens, quia consecratio alia multo minor consecratione episcopi, non potest auferri, quin semel consecratum semper maneat consecratum. probatur extra de consecratione ecclesie, vel altaris aqua. in gl. ¶ Ista via posset dupliciter teneri, cōparādo epatū ad sacerdotiū. ¶ Vno mō sic, q gradus potest dici eminens, vel p vniuersalitatem actuum, quos respicit, vel propter nobilitatem actus quē respicit, ista distinctio patet in alijs potestis, ubi alicui competunt plures actus, & alicui pauciores, tamen nobilior

Guil. Al
risodo. 4.
parte sū.
c. i. huius
sacramen
ti Go. 4.
parte sū.
c. i. huius
materia.

A potest sibi competere, ut iudex potest sententiarum, qui est actus nobilior, quam multi alij qui conueniunt personæ inferiori, sed cui competit vniuersalitas ad actus, ei competit etiā actus nobilior, quia in vniuersalitate actū comprehendit ille actus nobilior, & ex hoc videretur, quod gradus ille qui respicit vniuersalitatē actū, sit simpliciter superior, quā ille qui respicit præcise actum nobilissimū, & sic dicere tur epatus simpliciter superior ordo, quia habet ordinē ad oēs actus ecclesiasticos, sacerdos nō ad omnes, licet ad nobilissimū.

*Non idem
rbo dist.
præsenti
ar. 3. q. 2
post oppo-
sitiū Ric.
di. præsenti
ar. 5. q.
2. in sol.
præsuppo-*

¶ Et tunc argumentum cuiusdam doctoris contra istam conclusionem, quod est, vnus ordo non dependet ad alium, quantum ad necessitatem sacramenti, sed si non presbyter ordinaretur in episcopū, nihil esset factum, concludit magis oppositum. Nam quanto ordo episcopatus intimius includit sacerdotium, & alios gradus inferiores, tanto est simpliciter perfectior, quia essentialius respicit actus istorum inclusorum. **¶** Tenendo tamen istam conclusionem, scilicet quod episcopatus esset proprie ordo, & alius a sacerdotio, posset adhuc dici, quod non esset nobilior, quia & si includendo sacerdotiū & episcopatum sit eminentia gradus, quia ad plures actus, quā per alterum solū, tū illud quod præcise addit epatus supra sacerdotium, non est ita excellens gradus, sicut sacerdotium, quia per illud quod sibi superadditur non conueniunt sibi actus ita nobiles, sicut conueniunt sacerdoti per sacerdotium. Nec haberent isti pro inconuenienti, quod imperfectior ordo præsuppo-

nat, & hoc necessario, ut recipiat ordinem perfectiorem, quando imperfectior addit aliquam vniuersalitatē ad actus ecclesiasticos, quam non includit ille qui est perfectior, sed tantum ordinem ad actum perfectiorem. **¶** Alij contradicunt conclusioni, quā tenet illa duarum viarum, negant episcopatum esse ordinem proprie dictū, & ideo nec ordinem superiorem sacerdotio, ut dicit prima via, nec eo inferiorem ut dicit secunda, nec dicit ibi characterem imprimi, sed an sit delectibilis a Papa deponente episcopum, vel non delectibilis propter consecrationem, cum qua confertur altercantur inter se, sed vana videtur altercatio, negando episcopatum esse ordinem, quæcunque enim iurisdictionis in ecclesia, vel per superiorem suspendi potest, ita quod si tempore suspensionis attenter aliquid facere, nihil facit: vel totaliter pro omni tempore tolli. **¶** Saltem quicquid sit de ista controuersia de episcopatu, actus nobilissimus in ecclesia simpliciter est consecratio eucharistiae, & ita supremus gradus, siue nobilissimus propter nobilitatem actus, ad quem disponit, est sacerdotium, & per consequens isto modo accipiendo descriptionem ordinis iuxta primam descriptionem positam in primo articulo, & distinctionem ordinis in ecclesia tantum sunt septem ordines, quorum primus est gradus disponens ad consecrationem eucharistiae, & est sacerdotium. Secundus gradus est disponens ad dispensationem eucharistiae saltem sanguinis, & est diaconatus. Tertius est disponens ad

obla.

¶ Oblationem materię eucharistię consecrandę, & est subdiaconatus. ¶ Et patet ratio, quare tres isti gradus sacramenti dicuntur ordines, quia immediate disponunt ad actum aliquem, vel ministerium circa eucharistiā, vel eius materiam exhibendam. ¶ Vterius aliqui alij gradus disponunt ad actus aliquos remote se habentes ad eucharistiā, vel ergo ad convenientem dispositionem in populo ad orandum, & suscipiendum, vel remouendum impedimentum, seu dispositionem inconuenientē. Primo modo dispositio conueniens pertinet ad effectum est deuotio, & ad hanc deuotionem attendit accolitus illuminando carcos. Alia dispositio est pertinet ad intellectum. scilicet cognitio, & ad hanc agit lector. Remouere prohibens est arce-
re indignos, ne approximent: vel ergo indignos homines, & hoc pertinet ad officium hostiarii: vel demones, & hoc pertinet ad officium exorciste.

¶ Ex dictis apparet quod non est proprius actus diaconi lege re euangelium, & subdiaconi epistolam, sed isti sunt remoti, & minus perfecti actus eorum, perfectissimi autem & proprii illorum ordinum sunt quos habet vnus immediate circa eucharistiā dispensandam, alius circa materiam eius offerendam.

II. pa.

tum. hoc modo potest dici sacramentum quia signum cōueniētis gradus executioni actus debiti illi gradui, & etiam signum illius actus conuenientis tali gradui. ¶ Quid ergo est optimum sacm, dico q̄ ordinatio, cuius descriptio potest esse ista. Ordinatio est institutio alicuius in gradu ecclesię præminente, cui conuenit aliqd ministerium circa eucharistiā exhibendum, facta a ministro idoneo certa verba proferente, & simul cum intentione debita ministerium gradus illius aliquo signo visibili representans ex institutione diuina, efficaciter signans gratiam præminētem, qua ordinatus digne aliquod ministerium exequatur. Et fm vñem istam rationem ordinationis possunt proportionabiliter accipi rōnes speciales ordinum, puta ordinationis in sacerdotem, institutio in gradu ecclesię simpliciter præminētem disponens habentē ad conficiendum eucharistiā sacm, facta ab episcopo certa verba cum intentione debita proferente. ¶ Et si circa particulas huiusmodi descriptionis particularis quæras, quis est minister idoneus? Respondeo, dico q̄ episcopus est solus in sacris ordinibus, in alijs autem non sacris aliquando ex commissione aliqui priuilegiati, vt abbates, ¶ Si quæras quæ verba, vel quæ forma? Respondeo, illa quam episcopi habent in suis libris episcopalibus. Sed in sacerdotio videtur probabile, quod ibi sint duæ formæ partiales, in quarum altera confertur ptās conficiendi eucharistiā. in reliqua ptās absoluedi in penitentia.

a. l. propon
tionaliter.

¶ Et

A Et istis coniunguntur duæ materiae, hoc est duo signo visibilia propria: forma primæ traditio calicis, & patenæ cum hostijs, accipe potestatem celebrandi &c. Secundæ formæ impositio manus episcopi super caput, accipe spiritum sanctum, ut sic episcopus concorditer agat summo episcopo Christo, qui, ut dictum est prius consulit præter apostolis tam conficiendi, quam absoluerendi. Ex hoc et patet quod sunt septem * ordines

a. l. ordinationes.
a. l. quæ.

SED TUNC de quarto, qualiter est sacramentum ordinis unum? Respondeo, unitate generis propinqui, sicut virtutes morales dicitur esse tres secundum genus, iustitia, fortitudo, temperantia, & in prima diuisione virtutis moralis hæc primo concurrunt, tamen in speciali, qualibet istarum ulterius diuiditur, ut dictum est lib. 3. Est etiam alia unitas inter ordines, congruum est enim prius recipere ordinem inferiorem quam superiorem, nec tamen ille ordo est simpliciter necessarius, ita quod si prætermittatur nihil fit, ut apparet extra de clerico per saltum promoto, ubi habetur quod non est iterandum, quod est factum, sed quod fuit permissum, caute est supplendum, & per consequens non nihil fit in collatione ordinis inferioris, & si non fuerit ordo inferior prius collatus. Ista tamen unitas ordinis non est illa per quam ordo, vel ordinatio est unum sacramentum, sed magis unitas prioris generis.

a. l. occurrunt. 26.
q. vnica.

a. vnica.

AD ARGUMENTA.
Ad primum dico quod in diuisione illa primaria sacramenti in 7. ordo, vel magis ordinatio est ibi tantum unum membrum, licet possit ulterius diuidi in quadam spalia contenta sub ipso, quia illa prima diuisione non est in species spaliissimas, sed in quodam propinquius contenta sub ipso. Ad secundum concedo plures esse characteres, & probabilius quod alterius species, ut apparet ex actibus quos isti gradus disponunt, qui gradus, vel sunt character vel habet proprios characteres necessario correspondentes. Cum arguitur de illa excellentia specifica, potest concedi quod eo modo quo characteres sunt entia, hanc talem excellentiam, si et ponerent eundem species, illa improbat, quod tunc non essent simul, non concluderet: illa enim propositio non est vera de relationibus et rebus, & sicut dictum est supra di. 9. q. 10. characterem non oportet ponere formam absolutam.

Ad tertium dico, quod in primitiua ecclesia erant pauci credentes, & ideo pauci ministri sufficiebant ad dispensandum eis eucharistiam, & ideo non oportuit tunc ministros in singulis gradibus institui, post autem multiplicata est fides, & et concommittabatur deuotio ad communicandum quotidie, & tunc fuit necessitas habendi multos ministros ad singula ministeria ad eucharistiam pertinentia, & ideo tunc ecclesia multos ministros in singulis gradibus instituit. Nec tamen tunc de nouo instituti sunt illi ordines, immo magister in littera dicit, quod Christus adus singulorum ordinum in seipso exercuit, & et per antiquitatem per figuram.

SOLET ETIAM QVÆ-
RI & cæt.

DIST. XXV.

QVÆSTIO. I.

Utrum pœna canonica impediatur
susceptione, & collatione
ordinum.



IRCA hanc dist. B. viso de
25. quæro de susci-
piere ordines duas qd sunt.
quæstiones. ¶ Pri- 7. hic agi-
ma est, utrum pœ-
na canonica impediatur a susce-
ptione, & collatione ordinum.
¶ Quod non, excommunicatus, ta-
men irregularis, si attentet con-
ficeri, & collatione ordinum.
¶ Irregularis, si attentet ordinare, & facere
quod facit ecclesia, ordinatur.
¶ Et iste qui suscipit, si intendit or-
dinari, ordinatur. consequentia
patet, per locum a simili, quia
si hinc inde. ¶ Et est per lo-
cum a minori, quia, qd non impe-
dit executionem actus nobilio-
ris, non videtur impedire executionem
actus minus nobilis. ¶ Præterea,
irregularis non excluditur a per-
ceptione aliorum sacramento-
rum, quin si intendat recipere,
recipit, nec ergo istius consequen-
tia patet a simili, antecedens pa-
tet, quia irregularis potest acci-
pere sacramenta, alioquin pelu-
ditur sibi salus. ¶ Præterea, nulla
pœna canonica magis excludit
ab aliquo gradu, vel actu eccle-
siastico, quam hæresis, sed hæ-
resis non excludit, ut habetur.
¶ I. q. 1. quod quidem.

¶ Oppositum. I. q. 1. de cate-
ro. & c. proximo, simoniacos oï-
nā dānamus, & post talem su-
M m 4 scepio-

A figurabantur in quibusdam gra-
dibus correspondentibus eis in
lege moysæ, sed ordines ab an-
tiquo instituti tunc qd multi-
plicatus est numerus fidelium
collati sunt ministris, quos prius
non oportuit conferri alicui,
quia non fuit prius necessariū
eius ministerium: hæc esset ra-
tio quare modo in ecclesia nō
sunt in singulis ordinibus de-
terminati ministri, quia & si
modo est multiplicata multi-
tudo fidelium, tamen est dimi-
nuta lætitia deuotionis. unde
multi semel vix in anno volunt
communicari, & ideo circa eu-
charistiam dispensandam non
oportet modo tot ministros
assistere. Et propter hoc quatuor
ordines non sacri simul confe-
runtur, ita qd nullus est deputa-
tus ad ministrandum in gradu
inferiori, quasi ille sit sibi pro-
prius, & alius alij. ¶ Ad aliud
Dionysij, Isidori, & canonis, pa-
tet ex dictis in secundo articu-
lo. Qui enim negant episcopatum
esse ordinem, exponūt eos
accipere sacramentum pro sa-
cramentali. ¶ Ad vltimum nego
primam tonsuram esse ordinem,
& cum dicis, est signum sacræ
rei. ¶ Respondeo, non est signū
prædicum efficax rei sacramen-
talis, id est gratiæ, quomodo in-
telligendum est sacramentum
esse signum rei sacræ, ut dictum
est dist. 1. Quod additur ibi de
privilegio clericali, non valet,
quia laici conuersi in religio-
nem, gaudent privilegio cleri-
cali, & potuit legislator illud
privilegium dedisse principi,
vel alicui simpliciter laico, talis
est igitur illa propositio, qd
illud privilegium est proprium
ordinationis.